Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



23

moratur. Facit quidem aduentus sui p̄sonam [illegible] scrutare
reprobos. sed quia fidem illaq; opera ñ secum[illegible] nequaq;
apud eos manet. sed ad electorum corda ab his transit. in
quib; p opera uirtutum inhabitat. Hoc enim indicat co
lumba ex archa dimissa. quę sup aquas diluuii uo
lans. cū non inuenisset ubi requiesceret pes eius. ad
archam reuersa est. Hinc in euangelio ipse dns dicit. Si q̄s
diligit me sermonem meum seruabit. et pater ms diliget
eum. et ad eum ueniem. et mansionem apud eum faciemus.
In quibus uerbis ostendit. quia ad eos etiam uenit. in
quib; mansionem non inuenit. Bene itaq; dicit. qui
ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. Ac
si apte diceret. Tamdiu uos electos et reprobos exhor
tationis uerbo discurrit. quousq; inueniat apud
quem p opera uirtutum mansionem faciat. Vel certe dm
quem libet electorum intimo discretionis examine p
bandum. ad tempus in temptatione deserit. atq; ut
alium a temptatione eripiat pio fauore psequit. tam
quam in medio septem candelabrorum aureorum discurrere
uidetur. Scio opera tua. et patientiam tuam. et laborem. Hoc ñ
unum specialiter sed generaliter omnib; electis congruit.
quorum opera. labor. et patientia dō sunt cognita. Sci
re autem dm diligere est. Vnde in libris moysi. frequenter
populo dicitur. Vos scit ds ex omnib; gentib;. id est
uos elegit. Et ipsi moysi. Noui te ex nomine. id est
diligo specialiter pre ceteris. Alioquin autem scire dicit
ds scientes reddere. Vnde dicit. Temptat uos dns
ds ur. ut sciat si diligitis eum annon. id est ut scire uos
faciat. Et abrahę. Nunc cognoui q̄d timeas dm. id est